



Universitätsbibliothek Paderborn

De Vetere Clerico, Monacho, Clerico-Monacho, Libri Tres

Primus veterem habitum: Secundus conuictum ac disciplinam: Tertius honores ac priuilegia describit

De Clerici, Monachi Vetere Institvto. Liber Primvs - Distinctus in tres Partes. In quibus, praeter veterem eorum habitu[m], multa quoque inserta de veste veterum laicorum. Breuiterq[ue] explicata singulorum origo, & antiquitas.

Landmeter, Laurentius

Lovanii, 1626

Cap. XVII. Seueriores quidam Nudipedes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11007

CAPVT XVII.

Seueriores quidam Nudipedes.

FAteor tamen quosdam primorum Christianorum commendasse in viris pedes nudos. Ita censuerunt Clemens in Pedagogo, Tertullianus in Pallio. *Viro* ^{pedag. l. 2. cap. 12} (inquit Clemens) *pulchrè conuenit nullos habere calceos, praterquam si militet. Calceatum enim esse non paruum affinitatem habet cum eo quod est esse ligatum. Optimum quidem exercitationis genus est, nudis uti pedibus, & ad sanitatem, & expeditam facilitatem.* De sanitate idem docuerat Plato, qui ^{Hieron. in Mats.} (auctore Hieron.) *precepit duas corporis partes non esse velandas, nec assuescieri molli- tici capitis ac pedum. cum enim hæc habue- rint firmitatem, cetera robustiora sunt.* Tertullianus verò Calceos vocat, *Immun- dissimam pedum tutelam, verum & falsam. Quem enim non expediat in algore & ardore rigere nudipedem, quam in calceis unguipedem?*
magnum

*Vesipes
à calceis
vntis.*

*magnum incessui munimentum sutrina v-
neria prospexere, perones effeminatos. Ita illi
vterque seuerè. Sed nec à monachis, ne-
dum Clericis recepti.*

Videntur verò Clerici aliud à mona-
chis habuisse calceamentum. Ita colligo
ex Actis S. Fulgentij, quæ dicunt; Fulgen-
tium è monacho Episcopum factum, *nec
ipsa calceamenta suscepisse Clericorum: aut
vltimis caligis tempore hiemis, aut caligulis
tempore æstatis vsum.*

CAPVT XVIII.

*Clericis Romanis fuit peculiare calceamen-
tum, quedamque alia ornamenta. Quid
Compages. Vdones. Mappule. Mappa.*

*epistola.
rum l. 7.
ep. 28.*

Obseruo præterea, Clericis Romanis
peculiariter concessum, Compages
induere. Quare iussit S. Gregorius corripi
Diaconos Ecclesiæ Cathanensis, *quod cal-
ceati compagis præsumpsissent incedere.* Quale
genus calceamenti Compages fuerint mi-
hi non satis constat. Si vocis etymologia
atten-